


Ce 349

PK(5)



Georgius Calaminus



A. A. A. A.

JOHAN.
KEPPICHI



AMORES



Johann Keppich

(Olsn [me] Sil. [16 AD ?])

CONSULTISSIMO EXCELLENTISQ;
Viro Domino

CHRISTOPHORO HENSCHERO
Monst. Sil. U. J. D. Augusti S. VratisL.
Reipub. Syndico, & in Ducatu VratisL. & conjunctis
districtib. archivorum provincialium Magistro,
Dño. Fautori suo honorando.

HOs tibi Slonio, Vatū ō viger Enthee, Amo-
cōsecro! amoris fluū volve Patrone melos. (res
Suscipe, nec tenuem Uranies contemne laborem
quæ tota in Laudes gestiit esse DEI.
Obscænis alij sua Carmina amoribus ornent,
& Veneris certent facta referre Dea.
Me juvat æterni æternos describere Amores
Regis. AMOR Domini sine modoq; caret.
His qui se totum more, ore, & pectore, reg;
mancipat, æterna mancipium Patriæ est.
Hi pressis solamen erunt, medicina dolorum
& desideria certa medela sui.
Hi non deficient, potiùs majoribus ibunt
auspiciis, cum lux orta erit illa poli.
His nosmet totos sacremus amoribus. Orbis
cum Vanescet amor, stabit amare DEUM.
Iccirco DOMINI, non aversatus, AMOREM
sume. Patrocinio protege eumq; tuo.
Mordeat invidia stimulus, fremat ira. JEHOVÆ
Sanctus amor, tuus est, tu quoq; Fautor ei.

T. N. E. deditis.

JOHAN. KEPPICHUS.



J N

JOHANNIS KEPPICHI
Viri Claris.

AMORES.

O Sanctos verè, Vir optime, fundis amores
Quos imo fundis cordis ab ore tui.
Scilicet hos Sancti movit Tibi flamma Caloris,
Pectora quæ resovet frigidiora nive.
Omnes ut pereant mundi variantis amores;
Non perit à Sancto Flamine motus amor.

CASPAR CUNRADUS
Phil. & Med. D.
& Poët. L. Cæs.



AUREI



AUREI ET NOSTRÆ BEA-
TITATIS PORTUM CONCERNENTIS
AXIOMATIS JOH. 3. SIC DEUS DILEXIT MUNDUM, & C.
PARAPHRASIS, novem Carminum generibus
reddita,

Paraphrasis Prima.

Versu Heroo.

[natum

TANTO in honore fuit Genus Adæ ab origine
Ante DEI faciē patris omnipotentis, ab omni
Principio. Unigeni ut pro crimine Viscera Natī
Traderet in tristem multo cum vulnere mortem
Tōtius Humani generis. Gens Credula Nato
Cælestes habitare domos & figere sedem
Posset in atheria regione, redempta Barathro
Sulphureo. ô Dominū nullū interiisse volentem!
Percupere at magis ut redeat, conversus & usq;
Gaudeat, atq. animo victrici sidera pulset.

Nam non dilecti Triados fons pectora Natī
Miserat in mundū pater, ut sibi subderet Orbem
Imperio, flammis ferroq. furente necandum
Damnandumq. stygi. mage delectatur, ut Orci
fraudib. ereptū Solum ab omnib. omnia in omnes
Partiri sua dona queat, rutiloq. referre
Electam Gentem cælo, divisq. locare.

A 3

Qui

Qui sua caeliffuâ consperget nomina lymphâ
Fæderis astrigeri, numeroq. accitus eorum
De quo CHRISTUS ait; Benedicti intrate, polorû
Et superate domos partas ante ordia mundi,
Atq. Salutis iter vigili pensabit amore
Dogma DEI, è Sacris depromptû fontibus hausto
Sanguine qui è latere effluxit Dñi, ipsus ut ipsum
Vult hausisse fide numquam dubitante. Solutus
Peccati maculis & nevis omnibus, ibit
Ibit ovans animis DOMINI visurus honorem
Stipatumq. ejus Solium denso agmine Turba.

(CHRISTO

Qui verò numquam dederit sua nomina
Libro vitæ ejusq. est averfatus amorem
Numina Vana colens. numeroq. repertus in illo
De quo CHRISTUS ait; maledicti intrate
Gehennam. (Etiam,
Perniciem in vestram mundi ante exordia stru-
Iudicio DOMINI pudefactus; Tartara lapsu
precipiti ima petet, nulla unde redemptio ô horror!
O dolor! ô tremor! atq. ô nō superabile damnum!
Tâm prægrande nefas verbis non
credere CHRISTI est.

✿(o)✿

Para-



Paraphrasis Altera

Carminē Elegiaco.

Sic DEus humanum, dilexit ab omnib. ævi
Temporibus, lapsum per malefacta, genus;
Ut preciosa sui redimendo hoc munera regni
Obferret promptâ [quanto ab amore!] manu.
Munera scitaris? prognati pignora Nati
Ante chaos terra, misit ab axe poli.
Tantus amor Patris fuit, ut mactaret ad aras
Natum pro mundi crimine, qui hostis erat.
Hunc solum in finē. Credens, chorus omnis ut, ipsi,
Æternis vivat participando bonis,
Axeq. conspicuo radiantibus insitus astris
Perpetuo valeat. pacis honore frui.
Trina monas nec enim Natum sic tradidit Orbi
Perdat, ut Humanum cum gravitate genus;
[Nam sanctè jurat; se nolle, perire malignum;
At velle ut salvans ingrediatur iter.]
Sed cupit & primū vocitâsse, novissimū & ipsum
Quò capiat rutili regna parata poli.
Et blando populum vocet ad sua regna VENIRE
Omnigenum, & pressis anchora tuta cluat.
Qui Servatori fidem habet, non iudicis hora
Obruat illius corde dolente caput.
Illius at. surdâ quisquis contempserit aure
Verba Prophetarum rite notata manu,

A 4

Con-

Confossus propriâ succumbit morte sagittâ
Ipseq; causa sua perditionis adest. (abusus
NOMINE NAM ΖΑΒΑΟΘΗ ΔΟΜΙΝΙ fortissimo
Turpiter & ΝΑΤΟ credere post posuit.

V O T U M. pulte,
CHRISTE, ô nate mihi; mihi mortue; miq; se-
E nece quiq; mihi victor ad astra volas.
Respice facturam Vultu, DEUS une deorum
CHRISTE tuo, sacro meq; Cruore riga.
Ut tibi grata canam, tibi soli serviam in Orbe
Et tibi me totum corde fideq; dicem.
Et tibi totus ero sacer, & tibi habebor amatus,
Et poteris numquam non meminisse mei.

Tertia Paraphrasis

Versu Phaleuco.

DI LEXIT DEUS Universitatem
Humani Generis favore tanto
Et tantâ bonitate profecutus
Omnes quos patulo vides in Orbe;
Ut pro Criminibus suum Colendum
Mundi totius hostiam beatam
Natum traderet Orbi; ut omnis ipsi
Credens perpetuâ fruatur aurâ
Celsi sideris. & bonis potitus
Æternorum animorum, ab omni iniquo
Liber vivat, & haut paludem a verni

Post

Post mortem metuat. redemptio unde
Expectanda homini nec ulla restat.

Non natum Pater omnibus vocandus
Dilectum dedit universitati
mortalis generis; timori ut esset
Factura & stygio Cani necandam
Omni iudicio procul remoto,
[Quod nemo sapiens DEO sacravit;]
Obferret potius pio laborat
Conatu, reparet genus misellum
Raptet faucibus & trucis Draconis,
Et lapsis veniae fores patenter
Recludat miseris, vocando cunctos,
Et cunctis faciles manus ferendo.

Qui JESU DOMINO benignitatis
Fonti credit; is omnibus solutus
Vivit criminibus, timendus illi
Nec iudex gravis est, nec hora tristis.

At qui Sancta DEI Statuta temnit,
Nec credit DOMINO DEO, timebit
Ejus iudicium manu potente
Et jam jam periit neci relictus.

Nam Verbum ЗАВАОТН sono maligno
Vano & gutture, pessimâq. lingvâ
Longè postposuit, fidemq. nullam
Aeternis habuit DEI statutis.

Ergo

Ergò ipſus meritò in nigram paludem,
Dejectus, tenebris datus nefandis
Et Vultu & facie DEI remotus.

Tu me CHRISTE DEUS tuo redemptum,
Sacro ſanguine, ſic rege & gubernam.
Ut Soli ſtudeam tibi placere.
Et ſolum venerer tuum verendum,
Magno, nomen, amore, & uſq. & uſq.
Decantem numero tuas ſine omni
Laudes. Quòd miſeratus, axe, noſtri,
Lapsus, viſceribus [malis remotis]
Noſtris te ſimilem eſſe comprobâris.
Noſtrâ proq. Salute paſſionem,
Tantam pertuleris, [malum ô!] ferendam.
Nulli. Te precor ore, corde, linguâ,
Ne me rejicias tuo miſellum,
A vultu ſamulum. Sed effice, omni
Gratum tempore me tibi exhibere,
Ut poſſim. fragiles mei quòd artus
Caſſa aſſumſeris & pati moriq.
Dignatus fueris, meum ob patratum.
Quod ſolum mihi Sacro conſecroq.
Et certus maneo, dein futurum,
Me ſeptemplex incolam theatri.

✠

Quarta



Quarta Paraphrasis

Venâ Sapphoâ.

SIC DEUS totum est veneratus Orbem,
Ut suum NATUM, Dominum polorum
Mitteret cælo, ut fieret patenti
Victima mundo.

Omnis ut credens in eum Draconis
Fraudibus raptus, potiatur altâ
Sede, ubi CHRISTUS, sine fine Vita
Vivit in ævum.

Non enim Natum genitum ante tempus
Omne dilectum, Pater æviternus
Misit è summo polo, ut universum
Iudicet Orbem;

Nisibus verùm gravibus laborat,
Omnis ut possit caro adesse Olympo
Et frui vitâ, sacro honore, cæli
Tempus in omne.

Qui DEI credit pio amore NATO,
Ante non stabit DOMINI tribunal
Triste, peccatis pudefactus ipse
Ibit Olympum.

Dogma, qui verò Domini maligno
Spiritu rodit; Dominiq. verbis
Fidit haut, jamjam nece captus arrâ est
Et datus Orco.

Nam

Nam DEI quem non pia vox fatigat
Lapsus aeternum perit & peribit
Dogmati CHRISTI quoniam feroci
Corde repugnat.

Quinta Paraphrasis

metro Jambico.

DILEXIT Orbem maximus
Tanto Creator pectore
Tantogq; amore, ut proprium
NATUM suum pro crimine
Mundi daret turpissimo.
Credens in illum ut viveret
Vitam malis obnoxiam
Nullis, sed optatissimam
Cunctis bonis plenissimam
& jubilis dulcissimam.
Nam filium Carissimum
JESUM, poli de vertice
Lapsum Pater sanctissimus,
Mundo haut patenti tradidit;
Mundo ut foret mors pessima
Styx atq; perversissima;
Sed vita constantissima
Lux & micans clarissima
Vox & beata atq; optima.
Credens huic discrimine

Salvus

Salvus vacabit quolibet
Nullisq; nevis judici
Summo reus censebitur.

At qui fidem neglexerit
In CHRISTUM, & hunc despexerit
jam judicatus transiit
Tristem auditurus voculam:
Ito ito dejectissime
Vultu meo sanctissimo
Vultu meo justissimo:
Plutoni hianti jungeris
Huic & premendus traderis
Culpam ob tuam tristissimam
Verbiq; contemptum gravem.

Nam vox tibi caelestibus
Lapsa è poli celsi axibus
& Filius mundo datus
Somnus fuit vanissimus
Focusq; despectissimus
Pannusq; sat vilissimus.
Ito ito rejectissime
Culpam ob tuam vultu meo.

JESU mihi qui nasceris
JESU mihi qui adfligeris
JESU mihi qui tolleris
Sis & mihi solatio
Vita sub hujus termino

& sua

Et suaviter dormi vero
Et dulciter transi vero
Feliciterq; absol vero
Pensum meum finem meum.

Sexta Paraphrasis
putis-puris Jambis.

DEus poli Soliq; Rex
Amavit Orbis ambitum
Ita; ut suum unicum optimum
ΛΟΓΟΝ, satum ante secula
Soli poliq; mitteret,
Ut induat miserrimam
Humi dolore massulam
Necemq; perpeti gravem
Mei tuiq; Causa avert,
Ovetq; victor inclutus
Necis Satanaq; pessumi
Polum petens thronum suum.
Ut omnis illius sono
Fideli adhaereat fide
Qui; ab omnibus Stygis malis,
Fugoq; mortis evicæ
Redemptus, in DEI domo
Agat dies amiculos
Perennioris ordinis.

Enim

Enim DEUS suum haurit ΛΟΓΟΝ

Solo, poli axe misit. ut

Paludibus nigerrimis

Remitteret gregem suum

Cremandum. at expetit magis

Salute quo æviternâ homo

Fruatur ore Cælico

Manente sine perpete.

Nitens ΛΟΓΩ ΔΕΙ deum

Timere non graves minas

Tenetur Orci & inferum

Et ipsius necis trucis.

Carens at optimâ fide

Redemptionis efficax

Futura quæ est. doloribus

Charontis inundatus

Subibit horridâ nece

Reusq; judici luet.

Relatibus sacris quia

Minus fit obsequens DEI

DEI patris ΛΟΓΟΥ unici.

Septima Paraphrasis

Versu Choriambico.

T Antis fons Triados Cunctipotens Pater
Te complexus Homo est, intimioribus
Cordis visceribus, plasma suæ manus;

Enim

Ut

Ut NATUM unigenam principio sine
Natum, finis & omnis quoque nescium,
Pro te traderet in pallidulam necem,
Nullis implicitum criminibus suis.
Te saltim ut raperet fraudibus Orcinis
Qui verbo stabili pectore adhaeris
Ejus, sisteret & stellifero polo,
Vita & perpetuis praeficeret bonis:
Nullus terror ubi, nulla mali lues
Nullum tristitiae vulnus iniquius.
Funus faenus ubi multiplici bono
& fructu peragit solibus omnibus.

Nam NATUM haec Genitor caelipotens suum
Dilectum dedit, ut te phlegethontis
Mersum Subjiceret [triste!] doloribus,
Defunctisq. ferat nomina Manibus
Nullis nominibus, sed nece mortuis.
Aeternam; potius plausibus intonat.
Quam verè cupiens, perditus ut viam
Decessisse malam mente revolveris
Qui Caeli valeas sede potirier.

Si verbum validam mente receperis
CHRISTI Salvificans, non Acherontias
Penas pertuleris, nec necis horridae
Vim persenseris heu non tolerabilem
Cunctis, quos Dominum querere non juvat!

Si

*Si vero Domini dogmata spreveris
 Et vanis operas numinibus tuas
 Vano consilio Et corde locaveris.
 Jam te iudicio tradideris volens
 Magni iudicis Et sulphureo vado
 Temet precipitaris quia non DEI
 CHRISTI salvifici dogmati inhaeris.*

Paraphrasis Octava

*ad imitationem Odæ IV.
 Horati lib. I.*

TALI in honore fuit mortali homo, procreatus
 DEI ante vultu Patris in polo alto; (ortu
 Consilii ut Magni Dominu, Subolem sibi coævã
 Pro mundo iniquo victimam sacraret.
 Pro mudo immundo subole Genitor dedit; Solum
 Poli Et poloru quem verentur unum. (quem
 Quanta est hostis amore mori bonitas, homo caduce?
 Necisq. vires sustulisse tristes!
 Tantis amor Patris fuit Omni-potentis, ut perire
 Velit nec ullum criminum malo actum.
 Miserat ergo suu venerabile pignus alti amoris;
 Ut omnis huic qui crederet potenter
 Fraudibus ereptus Satana, necis Et ferocientis
 Fruatur aurã sideris micantis. (fons
 Gloria enim Dominu pacisq. Ducem Pater boni
 Natum suum, non misit axe, mundo,

B **Ut**

is
 is
 uum
 us,
 ntias
 vat!
 Si

Ut flammis ferroq. hominū genus, ad suum tri-
 Vocaret, ipsum perdere ut valeret; (bunal
 Conatu potius summo, vigili & labore sudat,
 Boni capax hoc sit perennioris,
 Atq. Damos superas [mortalib. his bonis relictis]
 Beatitatis portum ovans subintret.
 Huic sua crediderit qui Symbola, nō nece interibit
 Paludi averni mersus igni hianti.
 Quē verò piguit Domini sacra verba ponderasse
 Natum pigebit rursus illum amasse.

Paraphrasis Nona
 ad Horatī Melpomenen.

Sic Mundum Genitor DEUS,
 Sic quam pulvere de fecit humum suam
 Dilexit; daret unicum
 Ut primogenitum Filium amabilem
 Quo cunctis DEUM amantibus
 Ejus salvificum & dogma colentibus,
 Ad caeli superam domum
 Tutum exstaret iter tutaq. semita.
 Nam non cuncti-potens DEUS
 Natum misit in hoc lativagum Solum
 Demergat barathro ut truci
 Humanum genus, & trudat ad inferos
 Quos Nasci voluit semel;
 Se gaudere magis voce animoq. ait,

Ut



Ut peccans repetat viam
Et recti atq. boni, stelliferas petens
Sedes regna te amantium
Ejus Mancupium qui fieri expetit
Vita perpetua bonis
Liber continuis participabitur.
Qui se didere nesciet
huic Regi supero, iudicio volens
Damnatus proprio interit.
Nam verbis DOMINI fidere noluit.

DEO OMNIPOTENTI SOLI
SAPIENTI, UNI IN ESSENTIA,
TRINO VERO IN PER-
SONIS.

O Rex magne, Deus potentiorum!
Qui nutu moderaris alta cæli,
Et terram regis Et fretum profundum.
Et tu CHRISTE DEUS patris tui ardor
Verbo cuncta regens potente, nostram
Propter factus HOMO DEUS salutem.
Et tu Spiritus alme spes piorum
Procedens ab utroq. patre, Nato,
Consolator Et omnium rector.
Te Trinune DEUS patrem, te adoro
Te Trinune DEUS ΛΟΓΟΝ te honoro
Te Trinune DEUS sacrum te adoro
B 2 Flamen

Flamen, SANCTE DEUS; preces rogo audi
Nostras, quas tibi fundimus, dolentes
Vite crimina perpetrata nostra.
Te coram sumus umbra, Vana imago
Te coram sumus ira, culpa mortis,
Te coram sumus impii & miselli.
Tu contra pius almus & benignus
Nulli offensus, at omnibus timendus.

Non gaudes reprobum perire. Sed vis
Convertatur & aetheris fruatur
Cum sanctis sine fine, sede sanctâ.
Ut certos faceres tuos fideles
Promissorum, adhibes sacrata pacto
Juramenta tuo quis ô quis esset!
Qui non crederet hisce quæso verbis
Divinis! DEUS ut locutus ipse
Quæ Sancto fuit ore, qui ipsa veri
Lux & Vita manet per omne tempus.

Nam quod Dia sonat poli potestas
Et terre atq. freti ratum manebit
Et non ullus apex soni peribit
Quem CHRISTUS dedit ipse Patris ardor.

In nos tantus amor DEI potentis
Omni conspicitur die, atq. quavis
Horâ, ne pereat misella turba
Fuso sanguine quam redemit ipsus.

Ergo

Ergo Sancte DEUS tuo gregi adsis
Quem miris Satana modis iniquis
Adfligit furor huic studet nocere
Multis fraudibus, artibus nefandis,
Factis nec prius abstinet malignis
Ni tu, Magne DEUS, coherceas hunc.
Certè Numine nil tuo absq. habemus,
Quanti, prevalet hostis iste, simus,
Si te non capiamus Une-Trine.

At si te retinemus in profundo
Cordis, nil Satana, nihilq. mundi
Te contra poterunt mina valere.
Et nos deserat ipsa mens & ipsum
Corpus perpetuo tuo redemptos
Serves sanguine nos, malis onustos.
Quin Solatia certa conferendo
Nostris pectoribus simul fugacis
Aure portio fima permanebis.

Nam qui te Dominum potente dextrâ,
Toto rejicit ore, corde toto,
Ingenti strepitu, boatu & atro
Scandet Dæmonis antra plena fumis
Ex quâ non dabitur redisse flammâ.

Tu confundis eos tibi feroces.
Tu confringis eos tibi malignos.
Tu pervertis eos malum docentes.

At hac Unica cura, & una nostra
Stat. sententia CHRISTE, certa menti,
Quòd te pectore diligam sagaci
Quòd te prosequar ore non profano
& quòd te patulo receptem amore,
& Solum mea mens DEUM requirat.
& vivo mea pensa dem Tonanti
& soli huic mea verba consecrentur.

Parodiæ ad HoratI lib. IV. Melpomen.
AD DEUM PATREM.

Q Vem tu æterne DEUS semel
Susceptum Patrio pectore amaveris.
Illum non Rhadamantius
Damnârit furor, & non male conscia
Mens seduxerit impiè
Dejectum. neq. mors pallida traxerit
Immersum tenebris stygis
Horum quod rapidas contuderit minas
Avertet melioribus;
Sed quòd stellifero manat ab æthere
Flamen se insinuans bonis
Finget perpetuâ gloriâ amabilem.
Expers principii DEUS
& finis quoq., me jungere amabili
Electûms satagit Choro
& jam mente minùs supprimor aviâ.

O Tu

O Tu fons Triados Pater!

Qui sic nos homines diligis atq. amas!

O duris quoq. rupibus

Donature hominis, si libeat, sonum!

Totum gratia id est tua

Quod monstror digitis Christi-colentium
Membrum Ecclesiolæ tuæ.

Quòd spiro & placeo, nam placeo, tuum est.

AD DEUM FILIUM.

Cujus NATE DEI, semel

Conversi pia tu vota receperis

Illum nulla pericula

Terrebunt timidum mens quoq. saucia

Lapsu haut ducet averneo

Captivum neq. Spes ingeret oribus

Confusum stygio lupos

Ejus quod tumidas perdidit minas

Ostendet tremulum magis;

Sed quæ Læticiæ cœlitus excitant

Cor multis pavidum malis

Fingent ætherio carmine nobilem.

Æterni Patris unica

Dignatur Soboles inter Olympios

Natûm ponere me choros.

Et jam corde minùs perfruor anxio.

O Rex

O Rex perpetui throni
Cunctis praesidio qui, PIE NATI, ades!
O cunctos quoq. idolatras
Adducture tuo, si cupiant, patri!
Totum numinis hoc tui est,
Quod scribor numero Te vocitantium
Veris cordis amoribus.
Quod spiro, te & amo, sicut amo, tuum est.

AD DEUM SPIRITUM SANCTUM.

Q Uem Tu, Summa Charis, semel
Adflatum supero rore rigaveris.
Illum non Notus horridus
Perflabit calamum non stygius Charon
Cymba ducet ad inferos
Amentem neq. mors effera pallido
Addictum lemorum gregi
Quod legis totiens transierit vias
Delebit numero piūm;
Sed qui Summa poli gaudia possident
Et sancti alituum chori
Dicent lethifero vulnere liberum,
Sancti GRATA Spiritus
Dignatur radiis me miserum suis
Illustrasse perennibus
& jam carne minus terreor anxiam.
O dul-

O dulcedinis optumæ
Cordis crimina quæ, SPIRITUS, eluis!
O nostro quoq. pectori
Succensure novæ, ni renuat, faces!
Totum lucis id est tuæ
Quod dicor superi portio Gaudii
Non cessantibus horulis
Quod verbum Domini corde agito, tuum est.

AD JESUM CHRISTUM HUMANI
GENERIS MEDIATOREM.

Q Uem tu CHRISTE Patris AOTÆ
Languentem tremulo corde receperis.
Illum non tremor inferus
Terrebit profugum: non Satan impiger
Curru ducet averneo
Captivum: neq. mors pallida mortuis
Tectum graminibus virum.
Ejus quod fuerit non sono obaudiens
Involvit tenebris soli.
Sed quæ rorida aqua nobile defluunt
Corpus CHRISTI, itidem cruor
Fingent aligerum carmine celitem.
JESU CHRISTI amor Enthous
Dignatur proceres inter amatulos
Regni ponere me sui.
Et jam nil Satanam nil vereor necem.

B 5

O JESU

O JESU placidissime?
Verbi qui radios cordi meo inseris!
O cordi quoq. saxeo
Collature tuum, ni renuat, bonum!
Hoc totum tui amoris est
Quod raptus Satana fraudibus evehar
Nevis nil remorantibus
Quod cali cluo pars, ceu cluo, tuum est.

AD OLSNAM MEAM.

Q Uem tu ô OLSNA! decus semel
Terra SLESIAE, foveris in sinu.
Illum nulla gravamina,
Seducunt stabilem non dolus improbus
Morsu rodet iniquius
Delatum neq. res bellica lapsibus
Detrudet gravibus virum
Quod praescripta Ducum spreverit horrida
Damnabunt capitaliter;
Sed qui de rutilo lapsus AMOR polo est
Celsi principis & fides
Dicent perpetuo nomine liberum.
OLSNA Urbs principis Incluti
Dignatur clario jungere me choro
Informando Scholasticos.
& jam mente bonâ vivo quietiùs.
O dulcedinis indita
Cunctis qui patulâ, ô OLSNA mea, aure
ades! O cunctis

O cunctis quoq. SLESIIIS
Donature tuam, si libeat, quem!
Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito scire-volentium
Præceptor patriæ Scholæ.
Quòd dextrè doceo, si doceo, DEI est.

Reverendo & Claris. viro Dño,
MELCHIORI ECCARDO past. & Superattend.
Olsn. Compatri honorando.

Q Uem, tu ECCARDIADE, semel
Mersum salvifico flumine laveris.
Illum non Cacodæmonis
Occidet fremitus non Acherontius
Sectum falce suâ metet
Quod tantùm Dominum jussa refellerit
Raptabunt Erebum ad trucem;
Sed dulcis Domini Gratia Spiritûs
Lympha & quam tua dextra habet
Scribet sidereo Cælicolûm Choro.
Conjux nostra DEUM timens
Dignata est Patrios prole novâ lares
Exauxisse benigniter
& cum sint DEI opus pignora, gaudeo.
O pastor DEI agens locum,
Corda Orco & Satana rapta DEO sacrans!
Nostræ

Nostra quoq. parvula
Donature sacram fluminis anchoram!
Atq. hoc muneris est tui,
Ut cælum numero prolifico bees
Aptans sidera parvulis.
Quod pars facta poli est NATA mea,
id DEI est.

JESU CHRISTO

De Trigâ meâ Caris. liberorum.

Quos tu infantum opis, ô DEUS!
Extractos utero matris amaveris.
Illos nulla mali lues
Damnatos rapiet non furor inferus
Illis insidiabitur
Electis Domino mors neq. pallida
Tractos messuerit manu;
Quod rapti Satana se dederint DEO
Sistet tristiciis stygis.
Sed que rorida aquæ, dogmatis atq. vis
Pleno flumine defluunt,
Dicent ætherio numine cælites.
CHRISTUS parvulum honos micans
Dignatur supero cœlicolum choro
Vos junxisse benigniter.
Et nunc mente minus vivitis anxiam.

O dul.

O dulcedinis indite

JESU! Terrigenas voce tuâ vocans!

O natis quoq. Barbarûm

Porrecture tuum, ni renuant, bonum!

Hoc totum tui amoris est

Quod rapta est numero Triga mea impiûm

Heres scripta te amantium

Quod sunt Salvi anima & corpore, id est,
tuum.

Parodiæ ad Horati lib. III. Odam IX.

JESUS CHRISTUS & SALVANDUS

Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτήρ.

JESUS. **D**onec lapsus eras malo,
Nec quisquã poterat te phlegetõis
Extraxisse paludibus,
Iro ipso fueras paupere tristior.

HOM. Donec non aliã viã
Processisse mihi fata reliquerant,
Quasissim ut medicamina
Vivebam quavis vilior herbulã.

RES. Me nunc conditio movet
Mortalis tua, quã duceres avius,
Ut pro te cupiam mori
Quo vivat tua mens corpore libera.

HOM. Me torret face mutuã (tua
Erga me Bonitas, CHRISTE DEUS,
Nil

*Nil pro te horruerim ut pati
quo parcas anima, CHRISTE, supstiti.*
JES. *Quid? si prisca redit Salus?
Expulsisq. Domo stelliferi poli
Tutum rursus iter cluit?
Rejectoq. patet Ianua Siderum?*
HOM. *Quanquam res speciosior
Vita hac nostra Salus parta tuo bono
Multis displiceat malis.
Tecum vivere ovem, tecum obeam
libens.*

CHRISTI REDEMPTORIS NOSTRI UNICI
Opt. Max. Cum Reverendo & CL. Viro Dño MELCHIO-
RE ECCARDO pastore & Superintendente Olsnen.
compatre honorando, tum temporis
decumbente

DIALOGUS.

CHRISTUS. *Donec gratus eras mihi.
Nec quisquam potior te sua brachia
Pandebat manibus piis.
Basano fueras rege mi amantior.*
ECC. *Donec non alium magis (lum.)
Pressisti neq. erat post MELIOR ma-
Multi ECCARDUS honoris. ô
Quam Cræso vigui rege beatior!*
CHR. *Me nunc urget amor tui
Quo complexus eram te, ante dies tuos,
Pro*

Pro quo non metui mori

Mens saltem ut sup̄a viveret in Domo.

Ecc. Me Verbi decus inclutum

Sumtū codicibus moverit ex Sacris.

Pro quo bis patiar mori

Ut parcas animæ, CHRISTE, sup̄stiti.

CHR. Quid? Si ECCARDE redit tuis

Membris debilibus candida sanitas?

Pulmoni vigor inditus?

Omissiq. patet Ianua muneris?

Ecc. Quanquam Sidere gratior

Illā est mors levior vilibus omnibus,

Est portus tamen ad polum.

Tecum vivere amem, te videā libens.

JN Nuptiis CL. DN. CASPAR. CUNRAD.

Phil. & Med. Doct. & P. L. C. &

CHRISTIANÆ TILESIAE & C.

*CUN-
RAD.*

D *Onec me monadi gravi*

Sacrāram penitus, constitui quoq.

Vita cælibe claudere

Fro ipso vigni paupere tristior.

Chr. Donec non aliā viā

Processisse tibi mens tua suaserat

Sorderet tibi bellula ut

Nympha ipso fueras cælibe durior.

Me

CUN. Me nunc CHRISTIAS ambiit
Gentis TILESIAE lucida stellula,
Pro qua haut horruerim necis
Incurisse manus pectore saucio.

Chr. Me caput face mutua
CUNRADUS gemini splendor Apollinis
Bis pro ipso cupiam mori
Servabunt mihi si hunc fata supstitem.

CUN. Quid? si nos amor uniat?
Disjunctosq; tori foedere copulet?
Si Mirjam excutitur vaga?
Ignota ut pateat janua CHRISTIAE?

Chr. Quamvis mille procis eram
Virgo grata tuum me fugiat decus
Et fama laetifica DEAE.
Vidam mancipium libera mens tuum.

ROSAE ET LILII DIALOGUS.

Rosa. **D**onec notus ero tibi, (nitens
Nec quisquam potior flos, in agris
Te replebit odoribus
Herbarum fuero flore celebrior.

Liliu. Donec non alium magis
Ardebis neq. erunt BALSAMA postolus
Multi BALSAMA nominis,
Agrorum stetero clarior herbulis.

Me

Ros. *Me nunc dextra BUDORGICA*
Implantavit agris fertilioribus,
Pro queis constitui mori
Post mortem mea quo Vita mihi cluat.

Lil. *Et dulcedo BUDORGICA*
Me torret variis raptum ab amoribus
Pro te bis patiar mori
Si junges mihi te ô herba superstiti!

Ros. *Quid? si nos Venus ambiat*
Una? atq. illa jugo legitimo liget?
Spretis omnibus exteris?
Ignoto ut pateat lanua amaraco?

Lil. *Quanquam Sidere pulcrior*
Lux Alnêa micet te tenebra occupent,
Et nomen lateat tuum.
Tecum crescere amem, tecum obeam
libens.

JESU SALUTARI MEO

Cruci adfixo. (Vita.

Iesu, crux tua, lux mea fit, tua mors, mea
Sors mea prima soli, lux mea summa poli.
Te mea fixerunt scelerato crimina ligno,
Causa tui planctus causaq. mortis eram.
Sis mihi sis facilis. Tuum enim est ignoscere facta
Crimina, Te penes est Vitaq. morsq. homi-
num.

C

UNUM

UNUM TRIA SUNT & TRIA UNUM.
SUNT duo quæ totus miratur mundus in
Personis Trinū, sed Deitate parem (UNUM
Credere CHRISTIGENŪ, oraclis instructa, jubetur
Turba, DEUM, Vātū, quos DEUS ipse dedit.
Hinc Sperare jubet Vitam Scriptura beatam
Quam nemo vidit quantus & ille! virūm.
Langvida quàm facili sed spes ratione labascat.
Exempla hoc passim Cottidiana docent. (Vitā
Nostra Salus tamē est SPERARE & CREDERE
Post hanc expertem fraude, dolore, malis.
In quā, qui Domini, bene erit, precepta secutus,
At malè qui Domini dogmata Sprevit, erit.
Hanc quā transigimus puta-pura Theorica Vita
Practica stat Superā perficienda domo. (est.
Credere nos DEUS ipse jubet sperare Prophete
Utraq. vox Domini est huic & habēda fides.
Qui Sperare nequit verbis, & credere CHRISTI
Hic desperatus, qualis & ille, vir est.
Ergo tibi credo DEUS opt. Max. Spero &
Hac hac visurum te mihi pelle DEUM.

Rom. 8. Paulus.

SIDENS auxilium nostrū est, si robur, asylon
Rebus in adversis; si fida sub hoste, sub armis
Nostra Arx: q̄s cōtra nos induet arma? quis in nos
Irruet? ut proprio Nato nō parceret. Ecce

Pro

Pro nobis [quantum est lapsam reparare salutē!]
Tradidit in mortem Natum. DEUS omnia cur nō
Quæ Nati sunt nobiscum communicet? hoc ab
Omnia cum manent, in eōdem simus, in ipso
Vivamus, moveamur. Enim quis mēbra dicata
CHRISTO accusabit quoniā electi? DEUS hic est
Hic est ille DEUS patrib. pmissus, iisdem
Traditus. hic hominem justum pñunciat absq.
Omni opere & gratis. quis cōdemnabit eundem?
Heic CHRISTUS morti qui sese ultro obtulit; im-
heic DEUS est q̄ nūc de victā morte triūphat, (mō
Ad dextram æterni residens. huic cuncta potestas
Et cæli terraq. data est. hic fletibus iram
Innumerabilibus Domini moderatur, & hic est
Pro nobis intercedens. ô terq. quaterq.
Felicem populum tanto qui NUMINE gaudet!

DIVO THOMÆ.

O THOMA! [ex nō credenti fit credulus.] hæc
Sacra tibi, sacro stat peragenda loco. (lux
Et nō immeritò. Nam cum duodènus haberis
jussus Apostolicam es qui docuisse fidem.
Festa tibi meritò CHRISTI litat. annua cætus
Exemploq. pios vult monuisse tuo,
Adcessum ad veniam peccantibus esse relictum
Si sibi proponant abstinuisse malis,

Num miserabilius dictuq; absurdius unquam
Quicquam est, factorem quam reprobasse suū?
Quāq. negasse DEUM verū esse DEUM, patre na-
Cujus ab aeterno finis origo latent? (tum
Ni prius ipsius digitos clavosq. manusq.
Viderit & clavis addideritq. manus.
Sed nec damnaris quin annuit ipse petitis
Adtrectanda tibi & dat sua membra DEUS.
Conversus tandem, divini numinis aurā
Percitus, ab quantos fundis ab ore sonos!
Tu DEUS & DOMINUS meus in te tota residunt
Spesq. fidesq. animi, dum traho membra, mei.
Jam mea viderunt pmissum lumina CHRISTUM
Quem mihi conspexi luminibusq. meis.
Hic erit & DEUS & Dominus meus & mea Vita,
Atq. meum durā sub nece robur erit. (VΛH
Cui DEUS & Dominus suus est DEUS atq. JEHO-
Lætus ad ætherias scandet ab Orbe domos.
Ergo meum robur, mea Spes, mea Vita, meū cor,
& mea sola Salus sis maneasq. DEUS.

DUM SPIRO, UNICUM CHRISTUM
SPERO.

DUM SPIRO, CHRISTUM SPERO
UNICUM & optimum aſylon
In morte; in vitā & dulce refrigerium.

Hunc in qui Sperat sancto Spiramine Spirat
Spiritu & haut huic Spes deficiente cadet.

Hunc

Hunc in Speravere Patres, Sanctiq. Prophetæ

Hunc in Speret homo, qui modo Spirat homo:
O verè sanctos sancti Spiraminis ignes!

Spes horum nullo tempore cassa ruet.

REGULA ANTIQUITATIS.

Qui verbum DEI negligit,
à Sacris concionibus se abstrahit,
Ei nulla cura est ad DEUM neq.
activè neq. passivè.

Jambico Dimetro.

QUI verba CHRISTI despicit
A voce Mystæ se abstrahit,
Verum DEUM vanissimo
Deridet oris impetu.

Rursumq. deridebitur
DEUMq. justum rebitur,
à corde cum damnabitur,
à Demone & tenebitur.

Ergo DEO verbo DEI
Pastoris os quod dat tibi
Ex corde propensissimo
Attende, sistit hoc polo.

Tota nostra vita Hospitium est

& transitus. (Orbem,

Hospes in hunc venio lacrumis comitantibus
Hospes ab immundo fletibus Orbe feror.

C 3

Nil

Nil duraturum vidi peregrinus & exsul
Semper oberravi per loca plena dolis.
Nil quoq. mansurum perière Palatia Regum
Atq. Ducū, atq. inopis cespite juncta domus.
Atq. metallares hinc defecere fodina
Defecitq. auri copia, Splendor opum.
Planius heic vidi nil nō mortale, ita totum
Quod circumscriptū tempore, tempus erat.
Vita quid est igitur, nisi trāsitus. Omnis in horā
Vita stat, & puncto temporis acta cadit.
Ergone post fletus, post tot tantosq. labores
Nullum aliud restat quo recreemur iter?
Vita beata piis ad aperta patefcit ad illā
Tendimus extinctis fraude, dolore,
Hec est illa dies quā Dia potentia fecit (malis.
Quā nobis miseris venit ab axe Salus;
Illam amplectamur fessi properemus ad illam.
Hac exsultemus post mala multa die.
"Heic erimus cives, qui nūc sumus Incolæ in orbe
" Fimus & imus & ut bulla subimus humum.
Sedibus athereis mors effera, luxus, egestas,
Ira, doli, fraudes, lingua proterva, carent.
Heic nobis Thesaurus opum preciosior auro
à solo Regum rege repostus erit.
Huc adscendamus curis vacui atq. periculis
& CHRISTI tandem participemur opum.
Munde

*Munde vale Hospitio concessē, resigno tibi illud.
Civis ab æterno Scribor ad astra DEO.*

Paulus 8. Rom.

*CUM beet electos SPES, spe Salvamur, ut ipse
Tharsus Apostolico testatur percitus æstro.
Spes quæ palpatur manib. Spes nulla vocāda est.
Nam quæi Speratur quod sensib. obviū habetur?
Quod si igitur nōdum Speramus visa; ea ipsa
Corde exspectamus patienti & pectore firmo.*

Ibidem.

*Spiritus humanis adfectibus adstat & horum
Numinis adflatu langventia pectora firmat.*

Ibidem.

*Scimus Apostolico ducti Sermone, secutis
Mandata æterni in melius verti omnia justis.*

PSALMI I. PARAPHRASIS.

*NÆ mihi ter felix & jure beatus habendus
qui Domini tutis gressibus intrat iter;
Pravaq. pravorum nihili facit acta virorum
Horum nec satagit facta proterva sequi.
Nec Cathedræ repbūm se adjungit, ut arma mi-
More Giganteo, nil faciendo, DEO. (netur
Sed Domini puro veneratur pectore verbum
Illud & ut summum servat amatq. bonum.*

Et

Et meditatur idem noctuq. diuq. Quid o quid
Pulcrius hoc aut quid gratius esse potest?
Arboris hic instar viridantis in aëra surgit
Quam iuvat ad ripas exsiliisse suas;
Quaeq. suis hominum sese componat ad usus
Fructibus, idq. suo tempore itemq. loco.
Cernitur & nunquam foliis langventibus hortis
Quodq. facit venâ prosperiore fluit.
Non ita fex scelerata viget, quibus una Tonanti
Cura DEO gravibus displicuisse modis.
Illi Bullæ instar vento displosa fatihiscent
& fugient veluti pulvis abire solet.
Iccirco Dominum gens aversata peribit
Nec iusti stabit iudicis ante thronum.
Quin & turba mali, commercia sancta piorum
Despicit atq. horum jusq. fidemq. fugit.
Iustorum gressus Dominus quia novit iniquum
Semita precipiti turbine ad antra ruet.

Finem operis; finem vite; mundi-
ruinam, (habet.

Respice nil tribus his majus hic Orbis

Bella credenti sat erunt per omne
Tempus & semper pia mens habebit
Cum quibus durum poterit subisse
Criminis orsum.

Ergo

Ergo qui CHRISTUM venerantur, atq;
Omnium nostrum Dominum DEUMq;
Cordibus totis recolunt per ævum
Vivere discant.

Hosce tres fines meditentur atq;
Si velint Cives vocitari Olympi
Post & hac vita instabilis fruisce
Tempora Cælo.

Omnis assumant operis peracti
Vel quod inceptasse velint agantq;
Finem, eâ quâ par animi est decetq;
Dexteritate.

Totius Vita hinc studio sagaci
Acta desudent numerasse, ne vel
Occupent dextram nimis aut sinistram
Nomine parvo.

Semper at volvant mediocritatem
Optimam, fulvo preciosiorem
Ære, sic verè poterunt potiri
Pace beatâ.

Nam DEO summo satagit placere
Corde qui firmo stabiliq. mente,
Proximo & fraudis nihil addit. equo
Fine laborat.

Tertium finem referat priori,
Orbis evolvat fragilis ruinam,
Nec sibi persuaserit hanc futuram
Immorturam. (Ergò

Ergò cum mundus periturus exstet.
Quicquid in mundo est, pereat necessū est;
Dogma quod CHRISTUS rutilo axe misit
Stabit in ævum.

Huic sacrat qui se vigilante corde,
Tres & hos fines fuerit secutus,
Non eum vita poterit peractæ
Pœnituisse.

Ecclesiast. XXV.

EXtollenda NOVE M veniunt mihi. laudib
At decimū plausu fervidiore canā. (amplis

1. Hic Vir hic est Suboles quē sanctè instructa ve-
quāq. gradu cernit dexteriore vehi. (retur

2. Cui DEUS extendit sua fata diemq. suorum
Hostium, ut interitūs lumine & aure notet.

3. Hic vir hic est felix totoq. ex asse beatus
Cui datur in socios uxor honesta toros.

4. Qui non Convit Is & fraude laceffit honestos
Nec sua diversum linguaq. mensq. sonat.

5. Quem sua nō adigunt famulari asperrima fata
Ingrato quo nil turpius Orbis alit.

6. Felicem dico qui casibus actus amaris
Novit amicorum promptus adisse domum.

7. Felicem dico, quem multa Scientia clarum
Extulit & clariis adnumeravit aquis.

8. Fe-

8. *Felicem dico quem tanta Scientia clarat.*

Doctoris referant discipuli ora sui.

9. *Major hic est stabili Sipientiâ amictus & au-*

Omnia pacificâ conficiendo manu. (ctus

10. *Maximus in Domini sua jussa Timore volu-*

Inq. suū ponens spemq, fidemq, DEū. (tans

Quis valet in Domini sua cuncta Timore locantē

Exsuperâsse animi commoditate sui?

Cuncta Timor Domini superâdo excedit. O ô cui

Corda Timore fovens equiparandus erit!

Principium Dñi Timor est sapientiæ

ab uno hoc (velis.

Fonte tuum sapere est, si Sapuisse

Ibidem, XXIX.

I*udico felicem quem nulla dolosa fatigat.*

Lingua, nec illius subjacet agra iugo.

Ferrato incedit chalibæoq, aucta capistro

Acrius & morte est & Satanâ hujus onus.

Aggeribus munis tua prata Virentia & ades

Cur tua non Vallo cinxeris ora magis?

Auri vim cur nō tua murmura lancib. equas?

Verba scelestâ DEO iudice aperta cluent.

Apud eundem, Cap. Eodem.

Terra Caduca Solo stomachatur inermibus ausis

& sibi placatum poscit adesse DEUM.

Impatiens

Impatiens veniæ, fratriq. invitus adheret
Et prece deleri crimina multa petit.
Masse sanguis inest. iræ nec flectit habenas
Quem poterit sceleris consuluisse sui?
Frundibus admotis flammæ sitientibus ignis
Candet et humentes ad sua jura trahit;
Haut secus affluxu rerum florentibus, irâ
Indelendâ irâ divitis ora madent.
Quò plus ira furit, magis ignis edacia adurit
Pectora et irarum subjicit illecebris.

Honesta Sepultura.

Funeribus saturatur homo. cui funus honestum
Contigit, ut subeat post sua fata polum.
O super astra piû! quid at ira odiisq. tementem
Conteget? infelix conteget urna virum.

Habacuc 2.

Si Summus remorabitur Monarcha,
Incepto faciles manus dedisse,
Expectato DEUM, DEUM potentem,
Atq. ipsus faciet, carentem ope et te
Clementi, statuas, manu juvabit.

Subditus esto DEO Psal.

Esto Subditus æviterno DEO
Qui verbo regit Orbis ambitum omnem
Premittq. imperio poli astra Summi;

Et

Et sperato in eum fide beatâ
Non fucato animo, sed ore puro.
Atq. ipse faciet, tuos & actus
Conatu moderabitur benigno.

State Viri

Fortes State Viri sub hoste seruo,
Veri state viri malis onusti
Sancti state viri DEI pro honore.
Audentes DEUS ipse iuvit armis
Sepe ut vilibus hostium furores
Oppressere minantium ruinas.
Pressis adfuit & DEUS Deorum
Unus solus in omnibus per ipsum
Sunt facta omnia nil sine ipso; in ipso
Vivimus, sumus & movemur ipse
Solutus novit opem dedisse pressis.



ELEGIA.



ELEGIA

QUA HOMO CHRISTO SALUTARI SUO PRIMO PRO INCARNATIONE, PASSIONE, MORTE, GLORIOSA resurrectione, & latissimâ ascensione suâ gratias agit.

Deinde suam confitetur infirmitatem, dum se suis nihil posse viribus testatur. Deniq; humile cor & beatum Vitæ exitum intimo animi affectu precatur.

CHRISTE mihi sate patre DEUS, Genitrice
homo; miq;

Mortue; mi gremio centumulate soli;

Et revocate mihi terra penetralibus imis,
& rursum ad cæli regna reposte mihi.

Sis mihi propitius, sine te, mea mortua vita est,
Mors tua vita mea est, sed mea vita mori est.

Ergo tibi ut vivam, tuo opus mihi robore; robur
Omne meū nihil est, nil quoq; posse meum est.

Quid Caro possideat? quā lux hodierna salutat
Crastina demessam pulveri adæquat humi.

Quid caro luxurians? quē purpura vestit & au-
Fractus ab exiguâ febre solutus abit. (rum,

Quid caro despiciens alios? & summus & jmus
Antiquam in matrem fluminis instar eunt.

Quid

Quid caro contemnens factorem, perdere factor
Cum factura animam pectoraq; ipsa queat?
Posse meum valeat, scelerata superbia cordis
Exsulet, omne meum posse sit ipse DEUS.
Simg; meis oculis parvus, quò magnus haberi
Ante DEI faciem, qui mea Vita, queam.
Fastus & invidia ut dirum mortalibus omen
Sint procul ex humili pectore grata sonem.
Sit coluisse DEUM mea maxima & unica cura;
Cætera cum fugient, stabit AMARE DEUM.
Pertasum tandem vite, saturumq; laborum
Transfer ad astra poli, cura ubi nulla soli.

VOTUM.

Ossibus ossa cubent, atq; oribus ora susurrent
& manus ipsa manu, pes pede nisus oves.
Et duo sub gremio dulcissima pectora terræ
Svaviter optabunt ultima signa tube.



SEQVUN-

SECVNTUR CANTIONES

ALIQVOT D. MARTIN. LUTH.

metro carmine redditæ

prima.

Gelobet seystu *Jesu Christ* / *re.*
Jambico Dimetro.

1.

Jesu celebratissime
HOMO-DEUS purissime
Nate è Maria Virgine
Prophético Spiramine.

2.

Summi Patris Spes unica
Capit [leve ô!] præsepia,
Nostram induens vilissimam
Decus polorum formulam.

3.

Quem non capit mundi ambitus
Eum fovet matris sinus;
Puerq. fit tenellulus
Qui adest piis precantibus.

4.

Lucis poli splendor micat
Orbi novum ut lumen ferat;
Sub nocte durâ fulgurat
Nos filios lucis creat.

Natus

5.

Natus patris DEUS verus
 Hospes fuit Soli vagus,
 Hoc nos ut ex ergastulo
 Ducat. polum cum júbilo.

6.

Pauper Soli intrat. limina,
 Nostra ut ferat piamina,
 Iungatq. nos cælestibus
 Choris, piisq. cætibus.

7.

Et hæc suum ob sanctissimum,
 Quo nos amavit vinculum,
 Fecit, chorus gaudet piùm
 Grates DEO sonantium.

Secunda

Von Himmel hoch da komm
 ich her / etc.

Jambico Dimetro.

I.

L Apsus poli de vertice
 Nova affero de fædere
 Sacro, novorum flumine,
 Quæ pando corde volvite.

D

EST

2.

*Est natus est infantulus
Tenellulus, vobis DEUS,
DEI- parâ è castissimâ
Hic vestra lux sit & via.*

3.

*Vitæ dator perennis est
Parata patris quæ manu est,
Choro ut poli caelestium
Iungamini fidelium.*

4.

*Est CHRISTUS est noster DEUS,
Hic efficit justos reos,
Salusq. fit credentium
Culpas ferendo gentium.*

5.

*Signum notes rectissimum
Levissimum præsepium,
Infantulum videbitis
Mundi & Monarcham amabitis.*

6.

*Latemur omnes Musico
Gregum viris juncti choro,
Visuri ibi latissima
CHRISTUM satum DEI- parâ.*

7.

Adtende cor, circumspice

Præsepe

Præsepe quid notet, vide,
Quis est puer pulcerrimus?
JESUS piissimus DEUS.

8.

Gratissimus nobis venis
Reum quod haut despexeris,
Statumq. nostrum suscipis
Cantem quibus sæ hoc modis?

9.

Quam factus es vilissimus
Creator ô noster DEUS!
Facens super fœno pigro
Bruti bovisq. pabulo.

10.

Orbis duplet sanè ambitum
Rubro metallo splendidum,
Tamen nihil conduceret
Ornatui, labasceret.

11.

Vestes quibus corpus tegis
Pigerrimum fœnum geris,
Et his superbis admodum
Rex ô potens! tuum ut bonum.

12.

Favit tuis hoc nisibus
Meis viam conatibus
Dedisse; mundi ut gloria

D 2

Transit

â.

Præsepe

Transit velut diecula.

13.

*JEsu puer dulcissime
Paterq. clementissime
Quiesce nostro in pectore
Numquam reliqueroq. te.*

14.

*Hoc unicum melliflua
Novabit actu pectora
Hosanna cantantes pio
Regi, tenore maximo.*

15.

*Sit Laus honos summo DEO
Novo nato pro filio
Chorus poli hos nobis dies
Gratantur ore nobiles.*

Tertia.

*Von Himmel kam der Engel-
Schar/te.*

Jambico Dimetro.

I.

*COELO chorus caelestium
Venit, viris se dant gregum,
Infantulum praesepiis
Monstrant satis miserrimis.*

Bethle

2.

Bethle Domo Davidicâ
Michæ ut canunt oracula
Poli, Soli, JESUS DEUS
Nata est Salus piissimus.

3.

Hoc hoc cor ipsum suscitet,
DEO quod is vos adplicet,
Carnemq. vestram suscipit
Nec adplicatam rejicit.

4.


Quid mors? quid & styx atq. fel?
Vos ardet ipse J M M A N U E L.
Fremat Satan sævissimus
Confrater est vester DEUS.

5.

Non deseret vos Orphanos
Vix sua verè datos
Premant malûm vos agmina
Ausit manu quis impia?

6.

Tandem boni vos clausula
Manet, DEI stirps incluta,
Canendo laudes solibus
Vite benignioribus.



D 3

Quarta



Quarta.

Da **J**esus an dem Creutze
stund/ ic.

Paraphrasi metricâ.

1.

Iesus crucis fixus palo
Cor ipsius pressum malo
Dolores sufferendo;
Sonos tulit septennios
Æterno honore amandos.

2.

Primo Patrem dulcissimis
Adit loquelis in polis
Fide constantiore;
Pater remitte his nesciunt
Quid machinentur ore.

3.

Sis **S** memor clementie
Latroni in arâ prestitæ
Fert vox **D E I** Tonantis,
Fidem dabo, mecum hac die
Cæli quie fruèris.

4.

Et te **D E I** crux suscite
Cor **S** tremor verè occupet,

Тинт

Tuum En Maria Natum,
Matrem Johannes en tuam
Amplexibus tenendam.

5.

Verbo quaterno adtendite
Siti laboro prendite
Vox Messia intonabat;
Salutis humana memor
Clavos suos notabat.

6.

Et te potentis gratia
Tegat sub vite angustia
DEUS me cur relinquis?
Doloribus queis jam premo
Vix sum potens ferendo.

7.

Sextum Salutis verbum erat
Reum quod omnem roborat,
Dedit quod ore ab alto;
Peracta sunt dira omnia
à vatibus relata.

8.

Tandem pater dextra tua
Do spiritum firmando me
Luctâ necis sub ipsâ,
Ubi meum cor rumpitur
Lingvam fugit loquela.

CHRISTI

9.

CHRISTI movent quem vulnera
Notatq. septem nomina,
DEO advocante vivet.
Bonisq. fulgens hic erit
Vitâ fruens perenni.

Quinta.

HERR JESU Christ / Ich weiß gar
wol / das ich ein mal muß
Sterben / ic.

Dicolos heptastrophos.

1.

VITÆ DEUS Spes unica
Scio mi demigrandum.
Sed fixa quæ neci horula,
Et quô modô hinc eundum,
Corpus quoad caduceum
Me fugit, est factum tuum
Fatum meum penes te.

2.

Et cum, velut scis optime,
Motus Sacram per auram,

Solum

Solum tibi pia prece
 Constante corde fidam;
Credamq. quod me a crimine
fuso cruoris flumine
 Lotum polo locabis.

3.

Hinc te precor mitissime
 Largire, JovA, credam,
Sententiâ nec hac sine
 Erroneus recedam:
Verum fide fac hæream,
Hoc donec ex nido meam
 Mentem vocabis ipsus.

4.

Si fas erit per te JHOVA
 Da prosperum, oro, finem
Pectus meum tibi ut bonâ
 Fiduciâ propinem;
Et sic sacra dein fide
Lectò meo vel stramine
 Ad te citò remigrem.

5.

Si verò euntem me viam
 Per hostium rapinam
Per Sirium, fretum, nivem
 Veneficam per auram
Aufferre pro tuo modo

Viss

Solum

*Vis; à meo sensu integro
Me judica supreme.*

6.

*Si deniq. ex adfectibus
Decumberem malignis,
Nudus jacens & artubus
Farer profana verbis;
Mi summe rex nec imputes!
Hec me fit ignorante res,
Contra meamq. mentem.*

7.

*O CHRISTE sub mortis diem
Largire mitem gestum!
Et cor juva mihi meum
Frangatur haut molestum;
Instar facisq. sanguine
Fidens Sacro fac hac piè
Vitæ orbitâ recedam.*

8.

*Sed non docebo te, meam
Tibi indicando mortem,
Verbi sacram sed anchoram
Prendens subibo sortem
Sevam licet; vitæ Ducem
Credoq. te Carnem meam
Vita frui daturum.*

Quare

Quare DEUS totum Tibi
 Me trado Fabricator
 Rerum; lucro nam mors mihi
 Vita JEHOVA at auctor;
 Et corpus hocce putridum
 [Id quod scio verissimum]
 Ad gaudium reduces.

Omnium Divitiarum Thesaurus
 Beatissimus Beatissimè mori.

CUM Parca incident fatales stamina vita
 Parca mea, & corpus mors trahet atra
 Et privabuntur mens, auris, lumina sensu. (meū;
 Stabit & à dubio pendula lingua sono.
 Hæc holocausta meo factori hæc dona litabo,
 [Quamvis sit mertis gratia nulla meis.]
 Corda DEUM ante meū contrita & quassa, cruore
 Sparsa DEI NATI, qui mea vita, feram.
 His donis his atq. bonis superabo polorum
 Sidera, visurus CHRISTI ab honore thronum.
 O me felicem! invictissimum adibo JEHOVAM,
 Qui vinci precibus se sinit usq. piūm.
 O me felicem! quantis cum plausibus agmen
 Aligerūm ingrediar? quanto & amore colar?
 O me

O me felicem DOMINI praecepta secutum!
Quanta pium excipient premia! quanta Do-
O si rumpantur rutili velamina caeli! (mus!
Labarisq. polo, nosq. sub astra voces!

Aurea Pax.

CORDA lita paci. cede omni jure, dolore,
Vel quâvis fieri commoditate queat.
Et tamen eventus res haec gaudebit inani
Laetus adi, & famam corde tuere tuam.
Halt Fried / gieb nach / mit Fug vnd List
Wies nur Menschlich vnd möglich ist /
Kans aber ja nicht anders sein
So wag es dann mit Frewd hinein.

Infantulo recens - Nato.

Ecce recens iterum de progenitoribus arboros
Pullulat. hanc frundem CHRISTE tuere
NOVAM.
Et quia Sylvestris prae se fert formam oleastri
Insere eum viti palmes ut esse queat.
Palmes ut ^{esse} tuus possit, НОВА suscipe ramum
Te sine nil ramus nil quoq. truncus erit.

Discor-

Discordia.

Divisos animos sequitur discordia & ira.
Unanimes Concordia nutrit & ulnis
Excipit. ô felix sancta ô Concordia! fratrum
Pectora quam stabili conjungis amore fideq;
Excitet at quantos hostis discordia motus
Pectoribus passim hoc exempla diesq. loquuntur.

Gravibus non succumbendum.

CUR nolim gravibus cessisse laboribus. **ARS**
MARS

Hec duo sunt animæ durior aura mea.

ARS animi bellum est, **MARS** corporis. utraq.
Laudibus eximiis exseruisse caput. (gaudet
Parte ab utraq. labor. [quid enim absq. labore
paratur?] (mun.

Palladis ARS arcem, **MARS** pede pulsat hu-
Unum apprehendendum est. **ARS** omnibus arbiter
æquus (agros.

MARS regna atq. Urbes, **MARS** populatur
Corpore vilis ego. **MARS** fortibus intonat ausis,
Ergo viros fortes ad sua jura vocat.

ARS humili sorte est contenta, virisq. superbit
Artibus & laude & nomine conspicuis.

Delectum

Delectum video caput abjice ut arma capeßam
Palladia, his castris victor ovabo, DEÆ.
MARS valeas, Martisq; furor. Bella horrida
Tutiùs in castris delituisse sacris. (bella
ARS Salve aternùm tibi nostra litabimus ora
& dabimus manibus pectora nostra tuis.

Habacuc. 2.

Quamlibet abscondat DOMINUS se paululum
Quos novit digitis dinumerasse suis; (ab ipsis
Emanasse tamen numquam solet. Omnia fiunt
Tempore. tempus habent vitaq; morsq; suum.

Castè & cautè.

Castè & cautè hominem vixisse decebit in Orbe
Qui castè casto vult placuisse DEO.
Qui vivit cautè & precordia casta relinquit
Quei castum quibit cautus amare DEUM?

Ἐχει θεοσ ἐκδίκον ὄμμα.

Scrutatore oculo DEUS omnia cernit & audit
Seu fiant terrâ, seu peragantur aquis.
Abstineas igitur cumulasse doloribus artus (est!
Turpibus. Iratū quàm grave, habere DEUM

Qui perseverat Salvatur.

Non qui nominibus placularis aetherea surgit
Aeterna famam posteritatis habet;
Nomine qui constans durârit finis ad usq;
Terminū, habet vite gaudia perpetua.

Ma.

Maledictus qui confidit In hominem.

Brachia qd spectas hominum? DEUS ipse guber-
humanos sensus cordaq. solus habet. (nat.

Huic soli te trade DEO, sine cætera mundo.

” Nemo DEO fesus contremefactus iit. ”

CHRISTI deliciae quid?

Qui vult deliciis uti mundana pereiret

Gaudia mundanis vita caduca placet.

Deliciae DOMINI mundi contemptus, egestas,

Ira, odium & longi longa Cathena mali.

Quæ merces piorum?

CHRISTIGENIS Domini præcepta fidemq. secutis

In summo merces multa reposita polo est.

Ergo licet variis rapiantur casibus acti

In cæli vivent flore vigente Domo.

Mors pervasit in omnes.

Omnes peccamus. mors imperat omnibus. omnes

Cogimur horrendum mortis adire jugum.

Dispare sorte tamen. Mors justo Ianua vite est.

At reprobis mors hæc prodromus alterius.

Velle DEI est liberum.

Velle meū, est Domini mādāta capessere Summi.

Perfecisse tamen, tu DEUS alme, meum es.

Utq. velim tu CHRISTE meis conatibus adsta.

Nil nisi velle meum est, perficere omne tuū est.

Nulla



Nulla Salus bello.

*Bellum nostra fugax vita est. bella horrida bella
Heu mihi cur bellis vita tot acta tremit!
Bella domi, fera bella foris, bella intus aluntur,
bella fera ortus habet, bellaq. finis habet.*

Virtuti Comes invidia.

*Virtuti Comes invidia est malefida. quid inde?
Virtutem virtus damna habet invidia.
Ut bona secteris, virtutem imitâbere prudens
Invidum & infidum est invidia precium.*

Poëtarum Triga.

*Gloria Apollinei splendoris FLACCUS, ab arte
Omnibus & merito major habendus adest.
Majestate MARO cunctos superare Poëtas
Creditur. at. facilis NASO poëta fluit.*

Ocium pulvinar Sata næ.

*Ocia nil homini conducunt. Ocia rebus
Omnibus existunt perniciofa bonis.
Ocia quo vites sudando operâbere. sudor
Gratus odor Domino est, ocia fætor erunt.*

NATA.



NATALI

Reverendi & Doctis. Viri,
Dñ. JOHAN. LANGEI Pastoris
Obernigl. Adfinis sui Caris.

V Inciris, vincare cave. nam premia victus
Nulla capit, vinctus premia nulla capit.
Sive ergo abjicies N vel retinebis id-ipsum
Victoris poteris non subiisse vices.
Vincere si satagis, data jussa capessere fas est
Victoris, vinclis ut redimare datis.
Vincula non sese solvunt, nec vinctus ab ipsis
Solvitur. ast vinctum solvere vincla decet.
Ergo moras aufer longas, teq. exime vinclis.
Libera doctrina est, libera colla petit.

ORNATISSIMO VIRO,

Dño

JOHANNI ROYO

AMICO CANDIDO, ADFINI SINCERO,
NATALEM SUUM AGENTI. S.

G Allia te regem vocitat, Iane optime Roy.
Cum tamen haut valeas Gallica verba loq.
Quid tum? virtutū, Domine-Hans, ser nomina
Et vitijs poteris prevaluisse novis. (regis

E

Summa.

Summa profectò est laus vitij dominarier, atq.
Virtutem in primâ parte locâsse sui.
Maecte novâ virtute decus nostrû unicum & ar-
Gloria; natalis vultq; jubetq; tuus. (dens
Hunc Amaranthus color ornet, Amaracus urat
Pectora, circumeat tempora floris odor.
Exornetq; tuum latus apta favissa, dolorum
Curarumq; ô quam dulce refrigerium!
Nulli grata monas, stirpem Trias ornat a vitam;
Bina calent pectus corcula; vana Monas.
Alnae viduo date munera Orèades, ejus
Ambiat ut viduum pulcra corona caput.
Et vestro incensus, per Serteâ munera, amore
E viduo, adcedat vota secunda toro.
Plura Sed & tempus meq; hora locusq; morâtur.
Verus & in multis nec stabilitur amor.
Stamina missa vides, quæ solvere jure tenèris
Si non vis fines expetiisse novos.
Æra tibi rident, tibi dives copia rerum,
Queis facili rumpes stamina nexa modo.
Et tua facta fluent satis properata secundis,
Tela cupidinei firma & amoris erunt.
Natalisq; tuus multis cum solibus ibit
Faustus, & ad pylios te feret hora dies.



MEÆ



MEÆ CARIS, WITEBERGÆ

Matri & informatrici

abiturus sic valedicebam

An. 1599.

URBS WITEBERGA Vale doctis
celeberrima Musis, (rūm.
Tuq. Professorum vive vale ordo vi-
vivate. & ad multas traducite tempora messes
Quos Praeceptores mi WITEBERGA dabat.
Pura tibi maneat cum religione voluntas
Ut celebret nomen postera fama tuum.
Doctrina Atlantes vera salvete valet.
Tuq. sacer Phæbo vive vale, ordo, diu.
Vos Salvete mei multumq. valet Sodales
Quos mihi durandi junxit amoris amor.
Et tu pra reliquis, MARCELLE, Sodalibus, artis
Pæonia surgens Gemma valeto mihi
Atq. meis Musis Caris, amice quid obstat
Quod tam longinquis dissideamus agris?
Leucoreū prædulce meū, quæ causa? quis hujus
Auctor? ut ex oculis semoveare meis?
Me DEUS atq. HEROS Olfenius advocat. HEROS
Monsterpyrgææ, duxq. paterq. Domūs.
Ergo DEI atq. Ducis jussis parere necessum est.
Vox Ducis heic Domini vox reputanda venit.

E 2

Sint.

Sint rata fata data. & quia corpore jungimur
Non nostros animos qui separabit erit. (ambo
Unus amor nobis, mens una, atq. una voluntas
Una in amore fides inviolata fuit. (arcto
Quid? fuit? imò manet, semperq. manebit, ab
Donec ad occiduas Sol remeabit aquas.
Vive vale & nostrum serva intemeratus amorem
Leucorem qui te toto amo corde meum.
Necte Plachetium Ianum transibo Magistrum,
Qui mihi sincero pectore junctus eras;
Vive diu incolumis, liber gravioribus orsis
Atq. quod inceptas perfice lætus iter.
Necte prætereo, dilecte ULRICE Magister
JANE, mei cordis pars animosa vale,
Et serva æternum nostrum inviolatus amorem
Ipse tibi similem trado in amore fidem.
Tuq. mihi ante alios percare Timothee Salve
ULRICE, & nostri sis maneatq. memor.
Nec te relinquent mea carmina, docte Magister
Lorci, cum totâ Sospes age usq. domo.
Tuq. Sibere mei, pars magna, Magister, amoris,
Suscipe amicitia signa verenda mea.
Vivat. & ut sanus mihi vivat ab arte Magister
Keilius, æterno corda litabo DEO.
Et tu versiculis nostris indictus abires
SHCADI? per-multum docte Magister have.
Te BAUMANNE etiam mea carmina JANE
JANE meicordis portio magna vale. (salutât

Astra tibi faueant, Eurus tibi spiret ab ortu,
Rideat Aula operi, non sine laude, tuo.
Neufere & tu Borniti, suavissime Cotta,
Tres Charites longum vivite, habete mihi.
Vos DEUS, astrorum moderator & aëris auctor
Florentes pylios servet ametq. dies.
Te nec amicorum, JONA postreme, meorum
Sicco transibunt carmina nostra pede.
Et quoniam Chara postremus in ordine habéris
Rectè JONA animo primus habére meo.
Nam te nõ fugiet, quod destituantur amici
Ordine honore pari primus & imus eunt.
Teq. tuus multâ Pefferle, Salute salutat
Braschius, ex dono qui meus ipse, tuo est.
MARCOMANNORUM decus & nova fama viro-
Nestoreos felix transi in amores dies. (rum
Tuq. Hospes memorãde mihi BERNARDE Magi-
Sospes cum totâ sis vigeasq. domo. (ster,
Unâ vos omnes salvete salute Sodales,
Invitus vestrum linquo sodalicium.
Linquo Sodalicium sed corpore pectore totus
Vel vocet ad Thulen me JOVA, vester ero.
Plura valete mei lepidissima pectora Fratres,
Gratius & si quid nomine fratris erit.
Plura valete, mei vos este, ego vester ero quid
Plura? dolor nescit farier. ibo, sat est.

Urbs WITEBERGA vale, doctrina purior
Aula,

Ornet sancta tuas paxq; fidesq; domos.



NATALITIIS

honoribus

Fratris sui Carissimi ANDREÆ
KEPPICHI.

Vinctus es à nobis frater dilecte, quid ergo
Liber ut à vinclis exsoluere dabis?

Pro numeris numos, pro vinclis optima dona,

Dona quibus mentis conciliatur amor.

Instructas epulas lautè graphiceq; paratas

Exigo. Græcorum fercula Græcus edat.

Grataq; vitiferis dependeat uva racemis

Delicia Domini lauticiaq; sui.

His epulis mensas; Scyathos his potibus orna.

Multipliciq; tuus luce redibit honos.

Epigramma

AMARITIEI CUIUS RADIX PER ANA-

GRAMMA EKISTIT

AMARI.

Quid novi amarities? & qd Glycipicrō? AMARI

Numqd amara potest stirps, ubi amaror inest?

Sunt

Sunt mala mixta bonis non inficiamur. AMARI
Multū habet altus AMOR si modò verus AMOR.
At qd AMARI igitur, cum cōplectatur AMARI
In se plurimūm AMOR? sit mora noster AMOR.
Desisto, locū AMARA ubi habent nimio impetu,
AMARI

Me MARIA & rapiant si mihi amaror AMOR.
Lenis amarities medicaminis instar. AMARI
Gestio. AMARI ubi vis exsulat adstat AMOR.
Quī & habēt aliqd gratissima cinnama AMARI
Pressius, at pectus, trita, sapore replent.
Sic licet altus AMOR quid polliceatur AMARI
Altius admotus nullus amaror adest.

Fama volat vulgig, sonat vox nomini AMARI
Omen inesse, ut & est. quid sine amaritie?
Namq. requirit honos conatū sedulum. AMARI
Vult Erato. & victor premia digna capit.
Si mihi Divino decernitur ardor AMARI
Numine, amarities non mihi amara nocet.

Sit mihi AMARI AMOR, ingratus liquor absit
Arbor ab uno ictu nō tremefacta cadit. (AMARI
Et licet AMIRA descendat origine AMARI,
Non tamen A rapido manat origo MARI.

Alcinoi videant Venerabile nomen AMARI
Prata, Machaonias nec remorentur opes!
Salve AMOR. adcessū fortunet Numen, AMARI
Vult animus, simili, Salve AMOR une, fide.

Eis ὅν 'Εαυτὸς Ἐρωτάς.

TRes subiēre animū Charites scitarier, her-
Pallados, intrantes corda, fuēre, iuvat. (bā
His ego amoridicos sacrabam pectoris astus;
Trinus in Unidicā major ut esset amor.

FLAMMA IOVIS fuerat prior herbula, floribus
Dulcibus Aoniis progenerata vadis. (aucta
Vindicibus vidi surgentem frundibus herbam
Crescere, & erecto sidera ferre pede.

Fertilibus sata FLAMMA locis, plantata colonis
Fortibus aucta bonis (quanta!) pudicitia.

At quia cœlesti, radicibus eruta, fato,
Aruerat sterili languida facta solo;
Herbi- sator turbavit opus, renuentibus orsum
Auspiciis; & sic herbula cessit agro:

Quid de te referam Glycipicron amabilis herba?
Furtive ὄ Paphia falsa per ora color!

Heu quā luminib. pectus transfigit honestum!
Herbula mellifluis corda movendo sonis!

Sepeq; quā blandis sermonibus ibat ad Alnos
Dixeris ut blando hanc saxa ciēre sono!

Quā nihil in cunctis linquebat callida in ausū
Ut victrix voto posset ovasse suo.

Sed citō transit idem quod fit citō. Nam violentū
Non diuturnū ullum est. Tempore crescit amor.

Nu-

Numinis auxilio, castis sermonibus, ipsius
Pectoribus binis conciliatur, amor.

Omnibus at spretis Ignis vagus ipsamet ussit
Pectora, ut in nihilum versus abiret amor.

Disiunxitq; animū flammarū ardore calentem
Ut solet extincto flamma perire rogo.

GRATIA sola DEI quam Dia potentia celo
Miserat, hac animo federat una meo.

Virgo petita procis, sed mi tribuere puellam
Numina, tres qui unā sub Deitate calent.

Ex tribus his charis hac mea fit, quā diligo solam
Vivere cum solā hac Fata dedere mihi.

Deseruit mea firma duas spes numinis ausu
Nam data fata, quis hac non ferat esse rata?

Ergo ratā dicas, quā tu mihi fœdere nympham
Legitimo socias, quam propriamq; dicas.

Una fides corda amborum conglutinet unum
Velle sit ambobus cordibus, unus amor.

Nosq; tua exornet benedictio desuper, aucta
Floreat & stabili prosperitate DOMUS.

Et tamdē tumultus nos contegat unus Olympi &
Una domus capiat nos in amore duos.

J N E A M D E M.

BARBITA BARBITA Amor testudo sonora Chelysq;
Hæc adstent Thalamo Sponsa pudica tuo.

E 5

Atq;

Atq. Budorgiacus tua pocula Zythus adorne
Alneusq. meet corda per ima scyphus.
Atq. hyadas iuvat isse procul, phæbū Hesperus
Phosphorus aurora prævius ales eat; (ornet
Ut faciles satyri tua tollant plausibus altis
Gaudia, sitq. merum quod capis arte merum.
Pronuba sit facilis tibi Iuno Cupidinis arcu
Fixa, stet ante tuos prole frequente pedes.
Hanc tibi Trina Charis triplici de frunde corollã,
Texuit. hac animo quo medeâre tuo est.

MÆ CARIS. BARBARÆ.

BARBARA dulce meum decus & mea sola vo-
Electa ante alias bella puella deas. (luptas
Nymphula noster AMOR te Dia potentia firmet
Ut nostrum Unanimi pectus amore colas.
Et det, ut hac fragili superatâ sorte, fruamur
Sede beatorum, vita ubi nostra DEUS.

NATALI

MÆ CARISSIMÆ CONIUGI
BARBARÆ KEPPICHÆ.

CUR te Corculum ô unicum atq. amatum!
Te castissimum amoris alti asylon
Temet nuncupo, dico BARBARILLAM,
Cur te staminibus ligem quaternis
Ritu compositis patrum vetusto?
Mirari dubio procul quis ausit.

At

At sincerus amor, cor & pudicum
Hac texisse jubet quaterna fila
Nostrum perpetuum decus futura
Candoris, cupiam pium quo amorem
Vinctum, noluerim revinctum eundem,
Vinclis credidero at magis ligatum.

Splendebit rutilo prius metallo;
Hoc rectè rubeus color sequetur
At ternum viridis notam coloris
Monstrabit comitabitur quaternum
Formam stamen at albicantiore
His bis staminibus duobus, ipsam
Nostram conjugem & unicam columbam
Vita perfugium quietioris
Vinctam persono BARBARAM pudicam.

Fulvo stamina castitatis auro
Multum splendida, puritatis atq;
Constantis referunt notas honestas
Et purissimum uti metallum habetur
Auri copia; sic nitebit ipsus
Noster verus amor dies per omnes.

Et nullo veluti teratur ausu
Vulcani, niteat magis sed illud,
Amissumq. decus ferat vicissim
Admisti patitur nihilq. iniqui:
Nullo & tempore Charitas fidesq.
Frangatur variis mali procellis,

Solem.

Splendescat potius magis magisque
Lucteturque oneri ferendo perstans.
Cunctis ut rutilum placet metallum
Osorem nec habet nisi carentem:
Sic adcepta homini DEoque nostra
Sit sincera fides, probata cunctis,
Nulli exosa viro nisi prophano
Cui vixisse nocet, mori nocebit.

FLAMMARUM rubeum faces notabit
Filum, quæ rapiunt sibi propinquam
Ligni materiem; modoque tali
Dirvelli ut nequeat, nisi furentem
Ardorem studeas aquis domasse;
Sic signum rubeus color pudoris
Ardorisque cluat Noachi ad annos,
Nec sese patiatur amoveri,
Sed constans maneat frequentiorque
Semper pectoribus novis voluntas.

Nolint corcula idem duo velintque
Consecrata DEO poli solique
Ardentesque faces amoris hujus
Nullus deleat, ipsa ni pede atro
Mors pulsans opulenta tecta ditum
Pauperumque hominum petens tabernas.

Hæc nostro colophonem amoris & ori
Cunctis blanditiis jocisque cunctis
Imponet validam manu, potentis

Per-

Permissu, renovabitur sed illud
Vinclū cuncta ubi CHRISTUS innovabit.
Quantum luminibus color virescens
Profit, crediderim bonis probatum!
Prudens & viridem addidi colorem,
Æternum vireat fides amorq;
Lauri fertilis instar & polorum
Lucentem globum amœnitatē vincat,
Vincat nec perimat tumens eundem
Multis turbinibus procella amorem,
Sed semper vireat virente corde.
Et tandem bonā cuncta subsequantur
Si quartum sataget notasse filum,
Quod formam feret ALBICANTIOREM,
Quo certe nihil est colore nostris
Gratum pectoribus magis caducis.
Albus nam color innocentiae ampla
Argumenta capit. Lavamur undā
Sacri fluminis; albicantiore
Corpus veste ovat, ut tetrum colorem
Nostris corporis innocentiae ardor
CHRISTI contegat. Et viri periti
Albis vestibibus adgredi solebant
Vitæ munia honestioris olim
Testatam ut facerent fidem & cor ipsum
Expers fraudis iniquioris, & se
Purgarent vitio maligniore

Quippe

Per-

Quippe iniusticia, benignitati
Vita dexterioris & studerent.

Et pacis documenta monstrat **ALBUS**
Sincerusq. color quietioris,
Qua multis potior datis Triumphis
Semper creditur illa servat ades;
Illa agros colit; illa corq. amantum
Iungit commodiore vinculo; illa
Cunctos adjuvat & medetur ausus.

Et constans maneat fides amorq.
Nullo pressa fatiscat & dolore,
Sed Palma viridantis instar aucta
Ramis fertilibus polum coronet,
Nec sese patiatur opprimi ullis
Vita molibus inquietioris,
[ut sivevit fieri in statu jugali ;]
Sed firma illa resistat omni iniquo,
Et sit candidus omnibus remotis
Cordis fraudibus Omnibus probetur
Et nostrum studium benigni amoris.

Et tandem veneranda **CHARITATEM**
Pax nostram ambiat, osculetur illam,
In virtute DEI potentis ut sic
Crescat quotidie magis magisq.
& naufragia nulla pertimescat.
Nostros pax etiam lares coronet
Conatus veneretur alma nostros

Pax

Pax. & prosperitas perennis adstet
Nobis CHRISTE tibi fide dicatis.

His filis quatuor meam maritam,
Caram vincio BARBARAM, revinctam
Numquam credidero nisi nece atrâ.

Tu dulcissima BARBARILLA nostra
Spes & certa fides malis sub ipsis,
Vile hoc munus habeto corde puro
& tecum hæc meditare mente sanâ,
& nunquam studium vocationis
Transcendas temerè; sed ipsa tractes
Quæ tractanda decent piam Maritam,
Quod de te mihi Spondeo per omne
Tempus. Sic poteris DEO placere;
Nobis cara & habéberis bonisq.
& Conatibus omnium Redemptor
Nostris CHRISTUS ab ætheris favebit
Celsi culmine mitiore vultu.

Hoc votum DEUS ô pie! ô benigne!
Declares stabile & ratum per ævum!
Unum simus AMORE MORE & ORE.
Nolimus simul & velimus unum.
Una & relligio, fides & una
Binis pectoribus caleseat. in te
Vivamus moveamur atq. simus.

Nostrum

Pax.



Nostrum principium omnibus sub actis,
Nostrum sis medium viis sub ipsis
Noster finis & esto rebus actis.

Et latissima cuncta cuncta nostro
Ridebunt operi tuo favore,
Atq; immota cluent tuo tenore.

Postremo Benedictio penates
Nostros dia beet, JEHOVA, oliva
Instar prosperioris ornet & nos
Fructus conjugii benignioris.

His votis DEUS annue, alto Olympo.
Salve flamma mei caloris ardens.


JN MALAM LINGUAM.

A Cribus inficiunt Scolymi livoribus artus.
Acrius in pectus lingua dolosa furit.
Malo tamen Scolymis mea membra dedisse cru-
Iudicio linguæ quam periisse mala. (entis,

FALSO FRATRI.

Falsa revixerunt Iudæ oscula lumina blanda
Corde venenato pascere sæpè juvat.
Riseris & mème in tua vincula miseris actum
Pascitur his epulis Orbis & Urbis amor.

OLSN. SIL. Typis Böttemelleri.



oo.

us.

t.

ru-

tis,

da


um

R.




AVG
3






A. A. A. A.

JOHAN.
KEPPICHI



AMORES



6

